

Mani die leryhu 3 Brücke =

(= 44) 1) Sacrobüste, Johannes de

Sphaerionem opus certum.

[Leipzig: bei Walter des Capellans, 1485-1489]

Hain. X 74 295

BMB. III, S. 636.

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

(= 45) 2) Vegius, Maſſeris (nicht: Vitorinus?)

De veritate et philoſophie

Leipzig: Konrad Kachelofen.

Hain. 24942

Hain X 15929, BMB III, S. 632

3. Tibullius, Alſtinus:

Ec. 8

Elegia de amore et lani Eximio Messalae

Leipzig: Konrad Kachelofen. nicht nach 44 S 27

BMB
III,
S. 623

(= 46)

BARTHOLOMÆI FRANCE
lij Cotheni

7 DYLLIA DVO:

IN OBITVM ILLVSTRISSI-
MI PRINCIPIS AC DOMINI, D. IOA-
CHIMI ERNESTI, PRINCIPIS ANHALTINI,
Comitis Ascaniæ, Domini in Seruelsto & Bernburgo, &c. Qui pla-
cidè in Christo obdormiuit, Anno Salutis 1586.
mense Decembri, die 6. Hora octaua
vesperi.



SERVESTAE
Excudebat Bonaventura Faber.
M. D. LXXVII.

DE TIBI...

AD DNO


IN OBITVM...

ANNO DOMINI...

...

...

...



...

M. D. L. X. X. V. I.



ILLVSTRISSIMIS PRIN-
CIPIBVS AC DOMINIS, D. IOHAN-
NI GEORGIO, D. CHRISTIANO, D. BERN-
hardo, D. Augusto, D. Rodolpho, D. Iohanni Ernesto, & D. Ludoui-
co, Fratribus: Principibus Anhaltinis, Comitibus Ascania, &
Dominis in Seruesto, & Bernburgo, etc.

Dominis suis clemen-
tissimis.

Salvete Principes pij,
HEROES Illustrissimi
Magnis sati parentibus.
Æqui pijsq; vatibus.
Vestri Parentis Inclyti,
Ducis pij, Illustrissimi,
Dum mente tristi tristia
Plango, rigoq; funera:
Dum lugeo tantum Ducem.
Dum patriæ fleo Patrem
Nunc eripi nobis citò,
Sic puniente nos DEO:
Attingo primis dum pia
Labris Ducis præconia,
Quod subditos decet pios.
Musas decet quod inclitas:
Fauete Principes meis
Magni, pij, conatibus:

Versusq; paucos, parvulos
Esse ò iubete maximos.
Fleuere sic Ægyptij
Patris Patrem: sic posteris
Davidis & Reges pios
Planxere, fleuerunt suos.
Sint signa grati pectoris,
Mei, pijq; pectoris,
In Principem magnum, pium,
Meum Patronum maximum.
Quod restat, ipse quò Deus
Vos seruet omnes posteros.
Diu secundet & pios
Clemens Anhalti flosculos:
Unum rogo supplex Deum,
Trinum precor, queso Deum,
Qui sceptrum dat solus pia,
Verè sibi placentia.

Bartholomæus Frencelius,
perpetuæ gratitudinis ergò,

7 D Y L L I O N I.

Plangite, Christiades, Salana plāgite Musæ:
Hoc pietas, hoc vestra fides dat a poscit An-
halto.

Sic decet, immò decet, re sic poscente, dolorem
Egerere, & largos lacrymando effundere fletus.
Pergite Christiades, quas Rhambus, quas vel An-
Altus habet, passim citò fletibus addite fletus. (haltus
Occubuit patriæ PATER, Illustrissimus Heros,
Vestra, vester honos, & Anhalti magna Columna,
Augustum Augusto qui ducit ab Ascane nomen,
Sacri, CHRISTE, tui custos fidissimus ignis.
Plangite Christiades, Salana plangite Musæ.
Hic satus antiqua de stirpe, at avis, proavisq̃,
Ingenio, pietate, fide, constantia, & armis
Æquiparandus erat, nulli virtute secundus.
Plangite Christiades, Salana plangite Musæ;
Hic verè IOACHIMVS erat, dum pectore fido
Surgenti tibi, CHRISTE, animo surgebat alacris,
Atq̃ tuum verbum, sacra dogmata, structa vetusto
Templa DEI saxo, cœtus discentium & ipsos
Ardebat, gratas sibi deliciasq̃ vocabat,
Æra ferens simul ad sacras non tenuia Musas,
Nec maius quicquam, sibi quod speraret, habebat.
Servabat

Seruabat patrum constanti mente Georgij
 Scripta, opus augustum, quo magna voce, styloq;
 CHRISTE, tuum explicuit verbū, dignatus es ipso
 Quod Patris è summi gremio depromere nobis:
 Quod socij, ò Christe, tui, sanctiq; Propheta,
 Vnanimi studio totum sparsere per orbem.
 Plangite Christiades, Salana plangite Musa.
 Hic ERNESTVS erat vere, dum corde seuro
 Propugnator erat summus veriq; boniq;
 Iustitia defensor & acer, pacis & alma
 Semper amans, semper quæ custodire salutem,
 Et ciues sociare potest: dum pectore norat
 Parcere subiectis, vi debellare superbos.
 Plangite Christiades, Salana plangite Musa.
 Num dolus in pactis? vetitus num cœperat astus?
 Iniusta cades? periuria, furti, rapina?
 Mox poterat mala tanta suis auertere regnis:
 Vt malus, ut perijt dolus, ut malus excidit error.
 Plangite Christiades, Salana plangite Musa.
 Enumerare Ducis laudes, præconia summa,
 Virtutes summas nequeo, non si mihi centum
 Sint lingua, non si mihi turba nouena sororum
 Absit, & Actiacus DEVS hæc mihi tinxerit ora.
 Plangite Christiades, Salana plangite Musa.

A 3

Hunc

Hunc tantum, pia turba, Ducem lux ista misellis
Eripuit nobis, sed non sine numine Diuum.
O Bernburga dole, tuus en nunc concidit Heros.
Funera, ò Ciues, uestrum quis talia fando
Temperet à lacrymis? te, ò Bernburga, fouebat
Dux hic præ reliquis: plange ora, ò pectora tunde,
Tunde, tuus, fato ereptus, nunc concidit Heros.

Dicite Christiades, Salana dicite Muse.

O DEVS, alme parens, cælum qui numine conplexes,
Qui solus Reges das, & felicia regna,
Solutus & hos aufers hominum facta impia propter:
En patria Patrem nobis nunc eripis, eheu
Quod vitijs nostris meriti sumus, en tua seua
In nos tela manent, quæ nunc tuus expulit arcus:
Nos tua dextra premit, superant & crimina nostra
Tetra caput nostrum: quin nos ceu prægrauæ pondus
Vrgent, immanis ceu grandia fragmina montis.

Dicite Christiades, Salana dicite Muse.

O nostri miserere Deus, miserere tuorum,
Ne, sumus ut meriti, confunde, retunde misellos.
Hoc tui ut exemplum noscamus corde furoris
Fac DEVS: ò iterum propter sacra vulnera Nati
Nunc nostri miserere, grauem Deus aufer & iram,
Mitiga & ò pœnas meritas, meritumq; furorem.

Da

Da resipiscamus verè, citò desistentes
Turpibus à vitijs, te quèis offendimus omnes.
Dicite Christiades, Salana dicite Musa.
Ascaniam, Deus alme, domum, flores & Anhalti
Tu benedic, solus triplici tu numine serua.
Principibus nostris mœstis, mœst&q; Parenti.
Ob tantum casum auxilio succurre benigno,
Ut perferre queant hunc forti corde dolorem.
Solutrinq; potes, das vulnera, vulnera sanas,
Et tamen es miseris semper Deus, atq; dolentum
Sacratas audire preces, pater ut bonus ardes.
Dicite Christiades, Salana dicite Musa.
Sic sub tutela, Deus optime, fortis Anhalti
Te duce, te solo vires & dante, quieti
Viuentes, verè tua numina sancta colemus.
Atq; tuum verbum benè nos retinebimus inter.
Dicite Christiades, Salana dicite Musa.
Sit domus hospitiumq; tuum, mitissime Iesu,
Hæc domus Ascania semper: semper, bone Chryste,
Dogmata falsa, minas satana, fraudesq; malorum,
Et mala, quæ impendent, nostris præsepibus arce.
Sic tibi semper honos tuus, ò diuine Redemptor,
Nos inter, nomenq; tuum, laudesq; manebunt.
Sistite Christiades, lugubres sistite fletus.

Dux

Dux etenim noster limen miratur Olympi,
ACHRISTO propria dudum sibi morte paratū:
Sub pedibusq; videt Satanamq; Erebumq; necemq;
Nam veluti CHRISTO dederat se maximus

Heros,

Huicq; domum Ascaniam, suaq; omnia tradidit
vni:

Sic nunc in CHRISTO vivit, sic vivet in ævum,

Exutusq; malis cunctis, nunc gaudia cœli

Vina tenet, Christi intuitu letatur & almo.

Sistite Christiades, lugubres sistite fletus.

Letitia fruitur, nullus quam vidit ocellus:

Letitia fruitur, quam non vlla audijt auris:

Letitia fruitur, fuit haud qua nota & in ista

Valle tenebrarum misera mortalibus agris.

Sistite Christiades, lugubres sistite fletus.

Ecce suum Princeps agnoscit in æthere cœli

Cor HAGNEN, sociam vitæ, sociamq; salutis.

Ecce suam Natam agnoscit, Natumq; puellum,

Letitiaq; his cum fruitur super æthere letus.

Sistite Christiades, lugubres sistite fletus.

Fert laudes Dux ecce DEO, sanctaq; cohorti

Iunctus, agit sacra: ne respexeris, his bene cœlum

Ingressum, mundum nil, nil mortalia curat.

Sistite

Sistite Christiades, lugubres sistite fletus:
Sistite: mecum iterent omnes, (hoc instat agamus.)
Vive, vale Princeps, pie Princeps, maxime Prin-
ceps.

Vive, vale, salve atq̄, iterum, leto omine dextras
Iungemus rursus, CHRISTVS cum venerit ipse,
In CHRISTO q̄, unà benè tunc vivemus in
ANIM.

B

Idyllion

ÆDYLION II.

HVnc etiam extremum mihi ò concede laborem,
 Christe Deus, qui grata probas, qui grata requi-
 Pectora, qui vires gratis conatibus addis. (ris
 Pauca Patri patriæ, sed quæ gemat Ascaniæ gens,
 Carmina sunt dicenda mihi: quis carmina? quis nã?
 Immò nemo neget Patriæ patriq̃, Duciq̃.
 Sic mihi, dum nunc fata subit sua maximus Heros,
 Dis ingratum animum non intermisceat unquam.

Incipe, Musa, DVCI Smeritos dicamus honores.
 Dum nostra attingunt primis vix carmina labris
 Hos, canimus grati, sint grata ea carmina gratis.

Cur nemora, & saltus Rhæbi, cur fortis Anhalti
 Christiadum nunc fletus habet, tristisq̃ ululatus?
 Nam non Parnassi iuga, non Heliconia tempe
 Hisce moram faciunt, non Aoniæ Aganippæ.
 Principis Ascaniæ, summi Ducis insperata
 Fata dolent, pia fata gemunt, flent tristia fata.
 Illum etiam pinus fleuere, humilesq̃ myricæ:
 Sponte sua illum etiam, fatali morte cadentem,
 Fluviorum Rex Albis, & inclytæ flumina Sprede,
 Ac Milde, atq̃ Sala fleuerunt ostia Patris.

Stat tumulos circum Clio, neq̃ pœnitet illam
 Insignem

Insignem pietate Ducem pietatis honore
Æterno circumdare, & has simul addere voces.
Nec te pœniteat, soboles, pietatis avitæ:
Has sed opes opibus cunctis preponito, ovesq;
Cures his pauci ad radices fortis Anhalti.
Venit & Uranie, venere Thalia, Eratoq;
Melpomene venit, tragicos induta cothurnos,
Omnes casus is unde rogant, Patriaq; Parentem,
Maiorum decus eximium, deflentq;, dolentq;.
Venit & Euterpe, venitq; Polymnia tristis.
Atq; illum, fuerit quam servantissimus equi,
Iustitiæ, & pacis, memorant: quo pectore Cives
Arserit ipse, malis quam sæpè & dixerit ultrò.
Turba quid insanis? lites tua cura, malumq;? (queris?
Nonnè per hæc sathanam, et stygis horrida castra se-
Nonnè Deum offendes? fugite ò, fugite hæc mala
Venit Terpsichore, pullo circumdata amictu, (Cives.
Nec molles cytharas, & plectra sonantia pulsans.
Tristis Calliope venit: quam vidimus ipsi
Sanguineis oculis, multo fletuq;, rubentem.
Et quis erit, dicunt, modus, ò mors effera? sic nè
Sic nè Duces magnos curas? pia pectora curas?
Sic nè DEI confessores, CHRISTOq; dicantes
Exuvias, animamq;, suam, sua pignora, curas?

B 2

Non

Non fatum crudele genus, non nomina magna,
Non probitas saturant, quin deuorat omnia fatum.

Phœbus at ipse tamen, cantare ò salides, inquit,
Montibus hæc nostris cessate, ò sistite fletus. (scunt,
Nam Patriæ P A T R I S nunc molliter ossa quie-
Mente pia summos dum Christi agnouit amores,
Atq; suam dum, Christe, animam tibi tradidit uni,
Teq; uno duce vicit inexorabile fatum.

Atq; utinam ex vobis cognosceret una, uti Prin-
Heres sit cœli, Tryadis sit cultor ut alma. (ceps

Certè siue tibi Daemon, siue obsit hic Orcus,
Aut quicumq; hostis, (quid tum, si luridus Orcus,
Et niger ipse Draco existat, sit & hostis acerbus.)

Mox hostes inter felix, & tuta maneres,
Atq; tibi Daemon ultrò, tibi cederet Orcus.

Hic æterna salus, vna hic solamina CHRISTI.
Hic pax, hic CHRISTO duce non perit ullus in
uum. (ipsum

Nunc immensus amor, nunc suaue rubens latus
CHRISTI habet, atq; fouet, nunc Patris viuit in
Nunc sanctos inter mediū non detinet hostis. (vlnis.
Nunc non visa videt, Christo duce talia & audit.

Tu procul à patria, (numen res ledere tanta,)
O Princeps, vera, lethæi regna Draconis

Me

Gen. 3
Leut. 27.
Iob. 3.
Ephes. 2.

Me sine vidisses: ab non te regna ea ledant:
Quin cunctos homines glutissent aspera regna.
At nunc, quæ merito quæ sunt tibi condita nostro
Gaudia, cum sanctis mirare Parentis in aula,
Certum est in cælis, inter cœtusq; piorum
Esse, fidem misso quisquis mihi gestit habere:
Sic sancti crescunt, sic regnaq; patria crescunt.
Ecce tuis mistus digna potiere Corona,
Aut viuis narrabis opes, & nomina nostra
Æternum: non te viuum vis vlla vetabit
A facie ad faciem dios cognoscere vultus.
Jam tibi per sordes, fletusq; videris acer hos
Esse, libet lacrymas cœlesti sindone cunctas
Tergere, sit sanguis tanti medicina laboris
Hic meus, hoc vestris volui succurrere rebus.
Jam tibi nec mundus rursus, nec munera mundi
Ipsa placent, ipsa, ò dic, cedit munera mundi:
Non hominum quia tot casus lenire potestis:
Nec si temporibus durisq; cruciq; vacetis,
Nec si cum linquit morientes spiritus, ægri
Versetis sub agone nigra necis. Omnia noster
Vincit amor, felix, nostro qui cedit amori.

Hæc sat erit, Musa, patriæ cecinisse Parentem,
Dum sedet, & cælo nunc viuis adorat Jesum,

B 3 Vnius

Rom. 11.

Gen. 3.

12.

Iob. 1.

Matth. 11.

Iob. 5.

Act. 3.

2. Tim. 4.

Psal. 118.

1. Cor. 13.

Esa. 25.

Apoc. 21.

1. Iob. 1.

Esa. 1.

1. Pet. 1.

Psal. 39.

90.


Rom. 8.

Iob. 3.

15.

*Vnius auspicio cuius benè viuit in auum.
Vos hæc ò patria fecistis paruula P A T R I:
Patri, cuius amor vobis fas crescere tantum,
Quantum erat magnus princeps, vesterq; Patronus.
Surgamus, solet, & fieri modò quod tumulatis,
Dicite: viue P A T E R patriæ, benè viue, quiesce
Molliter, ò tibi nunc nardum, thus spiret & urna:
Ite domum, patriæ viuit P A T E R, ite Camœna.*


F I N I S.



Fa 1388,
80

Ink.

[Faint blue ink scribble]



LOMÆI FRENCE
lij Cothent

LIA DVO:

MILLVSTRISSI
AC DOMINI, D. IOA

PRINCIPIS ANHALTINI,
n Seruelsto & Bernburgo, &c. Qui pla-
formiuit, Anno Salutis 1586.
mbri, die 6. Hora octaua
vesperi.



RVESTAE
Bonaventura Faber.
L X X X VII.

39